



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

§. 29. Protestatio Populi Alexandrini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)

Sæculum IV. Virgines in sepulchris conditæ, & Mar-
 A. C. 356. tyrum cultu honoratæ sunt. Hodiedum
 omnium illorum, qui hac occasione vita
 functi sunt, memoria agitur. Fideles in
 Ecclesia sagittas, gladios, & alia arma
 suspenderunt, irrefragabile rei hujus te-
 stimonium futura, & præterea edito li-
 bello contra vim illatam publice prote-
 stati sunt. Syrianus cogere volebat, ut
 hanc protestationem retractarent, & ne-
 minem in illo tumultu fuisse occisum te-
 starentur; imo quosdam, ad se venien-
 tes, ut orarent, ne quemquam ad negan-
 dam veritatem vi compelleret, fustibus
 cædi jussit. Sæpius misit cohortis suæ
 lictorem, & civitatis centurionem, ut
 arma in Ecclesia suspensa auferrent, quod
 fieri Catholici prohibuerunt, & secun-
 dam protestationem ediderunt, cujus
 initium hoc est:

Martyr.
Rom. 28.
Jan.

§. XXIX.

Protestatio populi Alexandrini.

Ap. Athan.
p. 866.
 Populus Ecclesiæ Catholicæ Alexandrina,
 qui sub Reverendissimo Episcopo Atha-
 nasio est. Semel antea propter aggressio-
 nem nocturnam, in nostram Ecclesiam at-
 tentatam, protestati sumus, quamvis in re
 toti Civitati notissima protestatione opus
 non sit. Corpora occisorum publice ex-
 posita jacuerunt. Arma, & arcus in Ec-
 clesiæ

clesia suspensi vindictam clamant. Cum Sæculum IV.
A. C. 356.
autem Illustris Dux Syrianus compellere
nos velit, ut dicamus, nullum extitisse tu-
multum, signum est manifestum, ipsum
præter Clementissimi Imperatoris Constan-
tii voluntatem egisse, nam si ejus imperio
fecisset, quid causæ esset, cur sibi timeret?
Et deinde: Quidam ex nostris ad Piissi-
imum Imperatorem proficisci parati sunt,
itaque per Deum omnipotentem, & per
ipsius Imperatoris Salutem Præfectum
Ægypti Maximum, & Curiosos obtesta-
mur, ut Imperatori, & Prætorii Præfe-
ctis omnia perscribant. Obsecramus et-
iam omnium navigatorum Dominos, ut hæc
ubique publicent, hæc ad aures Imperato-
ris, Præfectorum, & cujusque in loco ju-
dicis deferant, ut bellum, quod Ecclesiæ in-
fertur, nemo ignoret, atque Syriantum Im-
peratore Constantio Virgines, aliosque Fi-
deles Martyrio affecisse; nam vigilia, diei
quintæ ante Idus Februarii, id est, 14.
mensis Mechir cum in Ecclesia vigilare-
mus, & oraremus. Hic omnia, sicut ac-
ciderant, enarrant. Mechir erat sextus
apud Ægyptios mensis, cujus initium
erat vigesima sexta Januarii, dies decima
quarta incidebat in Februarii octavam,
id est, in diem Jovis, nonæ vigiliam, quæ
hoc anno 356. erat dies Veneris. Hoc
scriptum ita clauditur: Si Imperatoris
mandato preminur, omnes ad sustinendum
Mar-

Sæculum IV. *Martyrium parati sumus, si hæc injussa*
A. C. 356. *Cæsaris passi sumus, rogamus Maximum*
Ægypti Præfectum, & omnes Magistratus,
ut nos a tanta injuria securos imper-
sterum præstent. Rogamus etiam, ut Im-
peratoris reddatur libellus supplex, quo
petimus, ne quis alium Episcopum in ur-
bem nostram introducere moliatur; mor-
tem omnes subibimus amore Reverendissimi
Athanasii, qui nobis ab initio juxta Pa-
trum nostrorum successionem Dei gratia
concessus est, quem Imperator Constantius
cum litteris, juramento firmatis, ad nos
misit; quis credat tantum Imperatorem
fidem datam violaturum? imo persuasum
nobis habemus, postquam, quæ contige-
runt, resciverit, indignationis signa datu-
rum, jussurumque, ut Episcopus Athana-
sius apud nos remaneat. Datum sub Con-
sulatu eorum, qui post Arbetionem, & Lol-
lianum Consules designabuntur, 17. Me-
chir. Id est pridie Idus Februarii seu
duodecima anno 356.

Hoc Libello Alexandrini apud Con-
stantium Imperatorem nihil effecerunt,
cui omnia, quæ acta fuerant, placuere;
datis ad Senatum, & populum Alexandri-
num litteris, pubem excitabat, ut con-
currerent, & Athanasium persequeren-
tur, nisi se iratum vellent. Pudorem le-
viter mutati animi levabat, dicendo; se
quidem non aliter Athanasii reditum
tole-

ad Solit.
p. 843.

tolerasse, quam ut interim amicitiae fra-
 tris aliquid daret, cum autem modo hunc
 virum relegaret, Magni Constantini Pa-
 rentis sui exemplum imitari, qui eundem
 in Gallias proscripsisset. Tandem facti
 huius probrum zelo conservandae Eccle-
 siasticæ Disciplinæ tegebat. Hæc epistola
 a Comite Heraclio allata, & promulga-
 ta. Edixit quoque Imperatoris nomine,
 nisi Alexandrini obedirent, panum lar-
 gitionem beneficio Reipublicæ fieri soli-
 tam abrogaturum, pluresque tam ex Ma-
 gistratu, quam populo ad fisci servitutem
 redacturum. Etiam Idola a se evertenda
 minabatur, ut Paganos, quorum magnus
 erat numerus, terreret; dum hæc mina-
 citer jactaret, publice addebat, invisum
 Imperatori esse Athanasium, eumque præ-
 cipere, ut Ecclesiæ Arianis traderentur;
 stupebant omnes, & fixo quisque in al-
 terum obtutu, interrogabat, num in hæ-
 resin lapsus esset Constantius? sed his ma-
 jora egit Heraclius; Senatores, Magi-
 stratus, & Paganos templorum Idolis
 sacrorum custodes compulit, ut scripto
 promitterent, se Episcopum, quem Impe-
 rator missurus esset, recepturos; Pagani
 non ægre hoc promisso Idolorum suorum
 securitatem, & opificia sua dividendi
 libertatem redimebant, præterea Princi-
 pis voluntati obtemperabant, cui com-
 petere credebant, urbi, quem vellet

Ss 3

Episco-

Sæculum IV.
A. C. 356.v. inf. §. 48.ibid. p. 846.

Sæculum IV. Episcopum, sicut Provinciæ Præto-
 rem A. C. 356. dare.

§. XXX.

Heraclius vim adhibet.

ad Solit. Catholicorum resistentia brevi novo-
p. 847. rum malorum causa fuit. Quodam
 die Mercurii, qui erat dies stationis, cum
 populus in magna Ecclesia conventum
 ageret, Comes Heraclius secum ducens
 Præfectum Ægypti Cathaphronium, Fau-
 stinum Catholicum, seu quæstorum
 omnium præpositum, & hæreticum no-
 mine Bithynum, allegato Cæsaris man-
 dato, juniores ex Idololatriis, quos forte
 in foro stantes vidit, excitavit, ut Eccle-
 siam intrarent, & lapides in populum ja-
 cerent. Jam tunc concio erat soluta, &
 plerique Fidelium diffluxerant, pauca
 tantum supererant sæminæ, ibi sedentes,
 haud dubie, ut ab oratione, quæ tunc
 stando peragi solebat, paululum quiesce-
 rent. Subito irruunt pueri nudo corpo-
 re, fustibus armati, & lapides jacien-
 tes; verberant Virgines, capitis velamen
 diripiunt, cumque eæ resisterent, pedi-
 bus percutientes, probra procaciter in-
 gerebant; ipsæ, ne talia audirent, tan-
 quam a morsu aspidis fugiebant. Hæc
 Arianis risu digna videbantur. Tunc
 Gentiles scamna, Cathedram, Altare,
 quod ex ligno erat, Ecclesiæ vela, &
 qua-